

Ubi notandum postquam hoc Volumen esse compositum...



Tabularum hanc prior (in jam admodum in partibus...

Aliterque dicitur in Tabula hanc dicitur a prior...



BIBLIOTHECÆ CONCIONATORUM TOMUS POSTREMUS.

CONTINENS TABULASQUE USUM OPERIS UNIVERSI FACILIOREM EFFICIENT.

TABULA PRIMA

Indigitans propria, & naturalia Argumenta, quæ congruunt cum Evangeliiis...

PRO PRIMA ADVENTUS DOMINICA.



Ubi Ecclesia anni sui exordium sumat ex novissimi Judicii cogitatione...

Hunc sequetur ordinem Dei Filius in terribili judicio...

Cum venerit Filius Hominis in Majestate sua...

ARGUM. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube...

Possit hipotiposim signorum, quæ novissimam hanc diem præcessura sunt...

Quarum prior erit inquisitio, & diligens examen, quo singulas actiones nostras excutiet...

Tertia tandem erit damnationis sententia ab ipso proferenda, quæ reprobos in æternum ignem conjiciet.

Ecclesia, Patresque passim duplici nomine Magnam hoc Judicium appellant...

Punctum primum. Ratio qua Deus in hoc universali judicio scrutabitur singularem universam...

Punctum alterum. Cum aho Judicio novissimo refingenda esse alia quæcumque Judicia...

reformat ille Judicium, quod a nobis latum fuerit in reformatum.

II. ARGUM. De generali judicio. Luc. 11.

Idem. 8. Heb. 11.

ARGUMENTA SERMONUM

utramque partem de proximo nostro; aperiet enim nobis aliorum quidem probitatem, aliorum autem hypocritarum. Tertio tandem reuertetur iudicium de nobismet ipsis; nobisque ostendet, quinam vere sint ac fallacia reformabit iudicia, quibus nos amor proprius replevit circa perfectiones, atque virtutes.

Ostendere etiam in hoc argumento licebit, peccatores inventuros in Filio Dei Iudicem perspicacem, & equum.

Perspicacem, qui nihil ignorare potest.
Equum, quem nulla flebet miseratio.

SECUNDA ADVENTUS DOMINICA.

L. ARGUM. De Divinitate I. C. Matth. 11. **Idem.** **P**RAE ceteris argumentis, qua nobis ultro occurrant, digni huius Evangelium percurrentibus, tria potissimum deligo. Primum in verbis illis, qua pro Textu desumuntur: Tu es, qui venturus es? an alium expectamus? Ex quibus arripitur occasio differendi de Divinitate CHRISTI IESU, ideoque ostendendi hunc esse Messiam prunntiatum per Prophetas, atque Israelitico populo promissum; quod Saluator ipse innuit Discipulis a Sancto Joanne ad illum missis, ut ab eo cognoscerent, utrum ipse ille esset, quem praesolarentur; responsionibus loco ostendens illis miracula, qua operabatur, & quae indubia erant suae Divinitatis, atque Missionis argumenta. Tu es, qui venturus es? an alium expectamus?

Undenam ergo factum est, o Fideles, Sanctum Joannem, gloriosum hunc IESU CHRISTI Praecursores, qui se ipsum missam ait, ut Deum hunc hominem recognosceret, & Divinitatis ejusdem testimonium perhiberet, & qui illud tot in occasionebus perhiberat: undenam quae factum est, ut idem Sanctus Joannes propter illius causam vinculis nullus videatur ambigere de qualitate, non secus ac de missione illius; quandoquidem duos mittit ex Discipulis suis ab eo sciscitaturus, quis sit? An hic ille sit, qui fuerat promissus; an alter quispian sit illis expectandus ipso major, & sanctior? Nequaquam, Fideles; Joannes non dubitat vel de Salvatore Divinitate, vel de causa propter quam venit in terras; sed Sanctus iste Vir plusquam Propheta, ipsa Veritate testante, ideoque super omnes Prophetas perspicacissimus satis, superque noverat Messiam, & Divinitatem Salvatore hominum; quandoquidem ipse erat per quem alii hominibus erat ostendendus; sed hoc factum est, ut Sanctus Hieronymus inquit, quia cupiebat, ut hic Homo Deus se ipsum illis traderet cognoscendum, & miraculorum suorum, ac mirabilium, qua operabatur adhaec confirmaret testimonium, quod illi de ipsius divinitate tribuerat: Mirabat Discipulos suos, ut scire quarent, illis dicens.

Itaque quin infinita adferam argumenta ad probandum IESU CHRISTI Divinitatem, quibus plurima repleti possunt volumina, & quin profertur testimonia Scripturarum, Prophetarum, & quicquid in universo Mundo Sanctissimum, ac Sapientissimum est ad Atheos, infideles, Hergeticos, ac nequissimos homines persuadendos de praecipuo hoc Religiois nostrae fundamento, tribus tantum innitit perfectionibus, quas ipsi etiam apertissimum Salvatore nostri inimici fatentur in ejus enituisse persona, & quas nemo in dubium revocare potest; cuiusmodi est veritas illa, non desuisse hominem, qui a Judaeis damnatus fuit, & crucifixus, qui deinde novam legem, novamque Religionem instituit.

Prima perfectio, vel potius prima qualitas, qua IESU CHRISTO negari non potest, Sanctitas est, qua cum sit attributum maxime essentialia Supremae Essentiae Dei, communicata fuit humanitati huius Salvatore, qua Sancta appellatur. Hac de causa profecto idem esset, ac supponere illud, de quo agitur; & quod per se ignotum est, asserere ad probandum veritatem, quam demonstrandam aggredimur. Sed hoc ipsum erit certissimum Divinitatis Dominicae argumentum, si animadvertimus, hominem, cuius vita, & actus omnes Sancti sunt, & qui in gradu eminenti possidet virtutes omnes, qua Sanctos constituent; hominem, qui nullius unquam criminis reus dargui potuit; cuius Sanctitatis testimonium caelestia perhibuerunt oracula; cuius divinitatem testatus est Joannes Baptista, cuius unicum testimonium innitit est invidiosissimi argumenti; hominem tanto zelo successum gloriae Dei, ut nihil praetermisit, ut cultus Summae illius Divinitatis debitus redderetur; hominem denique adeo Sanctum, qualem Mandus universus deinceps agnovit, passum fuisse se a Discipulis suis Dei viventis Filium vocari; & ipsum quoque confessum, professumque fuisse coram Iudicibus suis, se Deum esse, & se gerere etiam voluisse pro Deo remittendo peccata, & alii

etiam eorum remittendorum facultatem impertentis; denique ostendendo verbis, & actibus suis qualitatem Filii Dei non esse rapinam, sed sui persona suae proprim, quod alienare non poterat. Dicitur igitur postea, cum IESU CHRISTUS palam Iudaeis ostendebat, se Messiam esse, quem expectabant, ipsum ab illis nequaquam respiciendum fuisse tanquam Regem versuum, acque simpliciter tanquam magnum Prophetam aliquem, sed veluti verum Altiissimi Filium, qualem ipsi prophetae venturum cecinerant; & cum omnibus Divinitatis caracteribus exhibebant; nisi enim re ipsa talis fuisset, execrabilem propositisset blasphemiam; & sicuti calumniam, qua populus os subleverat ea Sanctitate, qua meram haberet speciem Sanctitatis, fuisset detecta, non secus ac illa Apollonii, aliorumque novavorum, non solum ab omnibus populis in honore non habitus fuisset, verum etiam fuisset tanquam ceterorum nequissimus traductus.

Altera perfectio, qua alterum constituit Divinitatis IESU CHRISTI argumentum, scientia est admirabilis, per quam praesens, ac futurum conspicit, cordium secreta scrutatus est, & certissimum praedixit ea, quae non nisi post seculorum lapsum erant eventura, & quae omnino ab hominum voluntate pendebant. At assequi, & in apertum proferre abditissimum hominum intentiones humanae menti negatum est, eamque cognitionem Deus sibi unice servavit; etenim nonne Biblia ipsa testatur, hunc unum esse ex caracteribus Divinitatis? *Annunciavit nobis, quae Isai. 48. ventura sunt, & dormiens, quod Dicit esse eis. Et si loqui volumus de cognitionibus, atque secretissimum intentionibus, nonne Apollonius in hoc Dei scientiam constituit? Omnia vidit, & aperta sunt oculis ejus.* Unde licet arguere, eum qui praedixit, atque retexit ea, quae Deo uni erant aperta, vere Deum esse. Hoc itaque Dei proprium est, esse increatum Sapientiam, Verbum Divinum, aeterni Verbi cognitionem, ideoque nihil latere illum, nihilque eum fallere. Verum quidem est, Deum nonnulla Sanctis novae legis, veterisque Prophetis revelasse; sed Sancti, atque Prophetae confessi sunt, se divinitus illa accepisse; cum Saluator ipse per se omnia cognoverit, & ab aeterno Patre accepit per cognitionem cum illo communem, qua ad omnia late patebat objecta, quemadmodum de illo Prophetae cecinerunt.

Tertia denique Dominicae Divinitatis probatio desumpta est a summa illa potestate, quam cum in terris versaretur, in naturam exercuit; quae quidem probatio eo validior est, quo magis intensissimum glorie & nominis ejusdem inimici vitas dare manus debuerunt. Argumentum quoddam est manifestissimum Divinitatis argumentum? nisi adhaec Operum Dei, Caeli, Elementa, & admirabilis ordo naturae? Quamvis autem divina opus fuit revelatio, ut IESU CHRISTI Divinitatem agnosceremus; videtur ille tamen, ipse per se probare voluisse eo modo, qui omnem austeritatem debitorum, idque per ea prodigia, quae omnem naturam excederent, quemadmodum illa argumentatus est, Judaeorum exprobrans infidelitatem. *Si Mark. 10. non vellent, & opera non facerent, quae nemo alius facit, peccatum non haberent.* Sed quamquam non deservit in lege veteri Prophetae, & in nova Sancti Viri, qui hac donati fuerunt facultate miracula operandi, atque etiam majora illis, quae ipse operatus est, tamen hoc essentialem semper intererit discrimen, illos quidem non nisi in Nomine Domini signa illa admirabilia fuisse operatos, cui unice gloria accepta erat referenda; IESU vero illa in nomine suo, & Divinitatis suae probationem percipisse, eorumque Auctorem, & Factorem fuisse.

Huius Argumenti supplex inventum in Tomo II. Biblioth. Myst. Theol. Titulo: DIVINITAS IESU CHRISTI.

Pro hac eadem secunda Adventus Dominica pro Theme desumuntur verba illa: *Joannes in vinculis.* Matth. 11. Arrepta occasione Sancti Joannis in obscuro carcere positi, ferreusque vinculis adstricti sermo potest haberi de piorum armis, atque tribulationibus, & in quarto Bibliothecae Moralis Tomo invenientur plures concionum huius argumenti structurae; inter quas una, quae est de felicitate, ac utilitate, quam Tribulationes comparant nobis, qua contineatur in duplici hac veritate, qua ingenti nos debet afficere consolatio.

Hanc prima est, nullibi amorem Dei erga nos melius significari, quam in Tribulationibus, quas ille nobis immittit, & quae ab ipso proficiuntur.

Altera vero est, nullibi nos amorem erga Deum testari melius, quam cum aequi, bonique facimus cruce, & armis, quae Deus mittit ad nos, casusque perfecta cum submissione divinae voluntati recipimus. Hinc fit, ut sicut totius nostrae felicitatis principium fuit ab amore, quo nos complectitur Deus, & quo illum prosequimur, tribulationes, quae certissimum sunt veritatis indicia, sint etiam dum validissima probationes duram veritatem, qua a me allata fuit, & duae Sermonis huius partes.

Vide in Tomo II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: TRIBULATIO. Quid

PRO TERTIA ADVENTUS DOMINICA.

III. ARGUM. In idem Evangelium. **Q**uid existis in desertum videre? Hominem mellibus vestitum. Ecce, qui mellibus vestitur in domibus Regum suar. Matth. 23.

Occurrunt etiam plures Sermonum structurae ad luxum, ut Vestium immodestiam spectantes in Tomo Bibliothecae Moralis quarto, Titulo: VESTES. Ibi omnia spectant ad ostendendum.

Primum Vestium luxum vanitatem esse ridiculam, & crudelam, cum interim desint tot Pauperibus indumenta, quibus anni temporum arceant inclementiam.

Secundo, hanc palam esse infractionem eorum, qua in Baptismo sumus polliciti, nos videlicet pompis, & Mundi vanitatibus esse abrenuntiaturos.

Tertio, vanitatem esse impudicicam, qua per hoc excitatur in se, & in aliis placendi desiderio, per immodestiam ornatumque multibulum luxuriam.

Quae tria si tribus verbis colligantur, huc redibunt: Luxus, & vestium immodestia Christianam dedecet Humilitatem, Religionem, Modestiam.

PRO TERTIA ADVENTUS DOMINICA.

Tu quis es? Joannis 1.

L. ARGUM. De Christiana humilitate. **O**STENDERE possumus bona, qua nobis procurat humilitas, quorum potissimum est pax cordis, bonorum omnium naturalium maximum, sed quo frui nequam possimus sine humilitate; superbia enim, ambitio, iracundus, libidiniosus &c. ejusque character affingitur, qui non sinit nos hac viri animi tranquillitate &c. Alterum est, Humilitatem nobis Caeli gratias promereri. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hoc constat ex pluribus Scripturae exemplis, pluribusque rationibus, & potissimum eo modo, quo Deus agit, qui humillimos, infimissimisque utitur instrumentis ad maxima quaeque efficienda, & qui pati non potest uni sibi debitum honorem a quoquam auferi. Tertium bonum, quod nobis humilitas comparat, est vera gloria, quam non super terram dumtaxat, verum in Caelis etiam acquirimus, ubi eo elatores erimus, quo in terris fuerimus humiliores.

Huius Sermonis delineatio cum aliis plurimis de eadem virtute videtur potest in Tomo II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: HUMILITAS: verum cum idem recurrit argumentum in plurimis per annum Evangelis, alias auctoritas huius argumenti structurae, ubi opus fuerit.

Tu quis es? Joannis 1.

II. ARGUM. De pietate, inani gloria, vanitate, ostentatione, laudibus plausibusque. **N**ON sine causa Ecclesiae divini Spiritus lumine percita toto ferme Adventus tempore nobis ob oculos statuit Sancti Joannis exemplum, quippe hic ille est gloriosus Filius Dei Praecursor a Deo missus ad vias ejus preparandas. Hac vox erat, qua illum tradere debebat cognoscendum, hoc lumen, quod oculos dispositurum erat ingenti fulgori virtutum hominis Dei, qui futurus erat mortaliu omnium prototypus, & exemplar.

Hinc postquam superiori dominica illum nobis proposuit tanquam strenuum Veritatis propagatorem, qui fortissimus suae robri invictum, animaeque magnitudinem ingenuitatis Dei gloriam etiam inter carceris tenebras, & in vinculorum squalore sustulisset; hodierna die ejusdem proponit nobis humilitatem, & glorie contemptum in ipsa, qua illi circum affulget gloria. Hic enim vox eadem, qua metu violari non potuit, cum Herodi sua exprobranda fuit impudicitia, facti hodierna die minime valuit vanitate, ac desiderio honoris, quo altius mortalis esseri non potest, ut si Tyranni huius saevitia frangere nequiverit Sancti huius viri licentiam, blandi Scribarum, & Pharisaeorum Sermones, qui eum plurimi faciunt, atque accedunt tanquam a reliquo coetu legati, ut quo in honore haberi vellet, intelligant, illum nequeunt allicere, atque in eo ne levem quidem ambitionis sensum ciere, solum in illo excitantes, nihil, & suae vilitatis recordationem, ut quid de ipso sentiat aperiat: *Quid dicit de te ipso?* Quod vixit mihi sicuti ad sermonem habendum de inani gloria, ubi vobis ostendam.

Primum injuriam, quam inferi Deo glorie nostrae desiderium rapient Deo quod ille nemini vult cedere, & quod ad ipsum unice spectat. *Gloriam meam alteri non dobo.*

Secundo injuriam, ac detrimentum quod nobilinet ipsis inferimus nosmet privates fructu, & meritis optimarum actionum nostrarum. Hac tota erit huius Sermonis divisio.

Duarum harum veritatum rationes petenda sunt ex Titulo de GLORIA in Bibliothecae Mor. Evang. Tomo II. Huius Bibliothecae universi Tom. postremus.

Tu quis es? Joannis 1.

Hoc sane erat crucem figere Sancto Joanni Baptista mortaliu omnium maximo simul, & humillimo, ex eo querere, quid sentiendum esset de ipsius ministerio, & quid ipse de se ipso sentiret. *Quid dicit de te ipso?* Cum humilitas nequaquam adverteat Veritatis, non licuit Joanni id negare, quod erat per gratiam, & singulari Dei beneficium; sed cognoscens quid esset per se statim coniecit oculos in suam infirmitatem, & nihilum; & confessus est se non aliud esse, nisi vocem ejus, qui ab illis querebatur, ac indignum illum praecursores. Non vero, Christiani, si hoc ipsum querebatur ex nobis: *Tu quis es?* Quid redderemus? Tandem enim, ut aequa tribuatur responso, nosmet cognoscimus oportet; utque nosmet cognoscamus, qua scienciarum omnium est maxima, nosmet colligere debemus, ad trutinam revocantes utramque nostrum partem, perfectiones, & vitia, quidquid in nobis laude vel probro dignum delitescit. Quemadmodum vero in hoc de sui cognitione argumento nequaquam in eo immoraturus sum, ut vobis scientia huius desiderium immitam; sed potius ut vobis, in quo sita fit, aperiam ad instituendam vitam nostrae rationem, illam redigo ad cordis nostri cognitionem; cum enim cor proprie constituitur hominis qualitatem, atque inde ferendum fit de illius magnitudine, atque praestantia iudicium, constat, hic non agi de Philosophica, sed de Christiana scientia, qua profusus moralis est, & practica, atque in eo.

Primum posita est, ut diligenti examine discutiamus cordis nostri motus; nostros videlicet affectus ad illos compescendos, ne nos invitos in vitium, ac vim aliquam trahat. Hinc cognoscitur homo, utrum avarus sit, iracundus, libidiniosus &c. ejusque character affingitur.

Deinde ut vitia nostra perpendamus, atque cognoscamus, quid nobis inest perfectionis, ingenii, constantiae, ut intelligamus, quibus ferendis ponderibus pares sumus vel secus; ne quid aggrediamur ignari, quid valeant humeri, quid ferre recusant.

Tertio ut coram Deo nosmet examinemus, & cognoscere fatagamus statum conscientiae nostrae, ut saluti nostrae consulamus, cujus negotium nobis unice cura esse debet, & antiquissimum. Nam quamvis citra peculiarem revelationem scire possit nemo, utrum amore sit dignus, an odio; nulla nobis praetermittenda est industria, ut vacuum faciamus cor nostrum ab omni terreno affectu, ac nos adducamus in eum statum, in quo coram Deo apparere cupimus.

Consule Titulum: HUMILITAS in Tomo II. Bibliothecae Mor. Evang.

Tu quis es? Joannis 1.

Difficillima questio hac est, cui universa Ethnicorum Philosophia respondere non valet, & cui hodie etiam licet tanta affulgeat fidei lux, vix responderent eruditi viri, si ex eis quaereretur, quid sunt. Adulatio plurimam blanditur; cumque de fe quisque praetaram fore sentiamus, oculos claudunt; fortuna, & divitiarum nitor plerisque perstringit, atque inter tot fallaciae lumina nihil homini difficilius est, quam se ipsum cognoscere. Crediti tamen satisfaciendum esse interrogationi, quam Evangelicis Praecones Auditoribus suis proponunt, respondendo verbis eorum omnium, qui me audiunt, vos esse Christianos. Si enim homines appellati consueverunt ex ea, qua in illis maxime nititur dignitate, ambigine potest, quomodo Christiani dignitas sit praferenda ceteris, quibus ingenii valeamus? Ex priori hac quaestione oboritur altera, nempe quid sit verus Christianus? Quod sit nominis huius officium? Cumque Tertullianus testetur magna nomina plerumque esse cum magnis officiis conjuncta; quaenam sint officia gloriosa huic titulo inhaerentia?

Quamvis immeditissima sit quaestio utraque, responderi posse reor, individuum illius huius nominis obligationem esse Sanctitatem; quod in prima Sermonis huius parte videbimus.

In altera vero scrutabimur, qua in re sita sit Sanctitas ista; Cumque in Evangelio, quod attulimus, habeatur Sermo de Sancti Joannis Baptista, qui erat quoddam veluti dispositio ad illum, quo Christiani efficiuntur, desumam obligationes, quibus ad Sanctitatem adspirare cogimur, ab illis, quas in Baptismo contraximus, novam ibi vitam cum Christiani nomine recipientes. Hac erit divisio Sermonis, & argumentum, cujus Synopsis, atque supellectilem uberem in Tomo I. Bibliothecae Mor. Evang. invenimus Titulo: BAPTISMUS.

Medius vestrum stetit, quem vos vestitis. Joan. 1.

Magna erat profecto Judaeorum caecitas, medium inter se suum habere Messiam, & illum ignorare, illum ob oculos habere, & eum non cognoscere; testes esse actionum illius.

III. ARGUM. De Cognitione sui ipsius. Joan. 1.

IV. ARGUM. De nomine, & dignitate Christiani.

V. ARGUM. In idem Evangelium. De Praefatione Dei.

lius, & ex admirabili virtutum ejus exemplis non proficere. Verum dicam ne ad hanc quoque diem simillimam cecitatis speciem apud Christianos inveniri, quae co magis defenda est, quo major est, eique vix advertitur animus. Hac autem nostra cecitas est, qui cum in medio nostri, & in nobis Deum habeamus, & vicissim in illo finis, ita ut ne pedem quidem contineamus; tamen intra essentia ipsius immensitatem contineamus; tamen intra essentia ipsius immensitatem contineamus; tamen intra essentia ipsius immensitatem contineamus;

Is ergo praesuppeditis, quae nemo ignorat, & quae unum ex primis fidei nostrae elementis constituunt; Deum videlicet ubique esse tribus modis per essentiam, & praesentiam: Per essentiam quidem, hoc est per immensitatem, quae efficit, ut necessario addit in entibus omnibus; per potentiam virtutemque suam, quae conservat, ac tuetur magnum hunc orbem, sicuti Sydera terrae adiunt per influxus suos; & denique per praesentiam, videlicet secundum D. Thomae interpretationem per visionem perspicuam, quemadmodum aliquem in loco esse dicimus, cum ibi quidquid agitur, videt, ac perspicit. His, inquam, praesuppeditis dico hanc cogitationem Dei hoc pacto ubique praesentis, omnibus cooperantis, & universa insipientibus optimam esse rationem efficiendi ex omnibus hominibus, qui sunt super terram, totidem Sanctos proximis Caelum felicitati, quoniam haec per fidem animata praesentia, non sine aliqua ratione, eosdem produxit effectus, quos perspicua ejusdem objecti visio gignit in gloria.

Primum illos quodammodo impeccabiles efficit, quod eorum felicitatem constituit: si enim tellis verendi alicujus praesentia vetare potest, ne crimen aliquod perpetretur, & cohibere flagitia, quamvis affectuum nostrorum vis nos propriat, quid non praesentia est actualis cogitatio Dei praesentis, ac tellis omnium actionum nostrarum?

Secundo facit, ut unice agant propter Deum, hunc uni placenti. Homines nostras non attentantur intentiones, & saepe apud illos felicitas nostra in suspitionem vocatur. Deus vero, qui renes scrutatur, & corda, cognoscit minima quaeque desideria nostra, & rationem habet, si quid in illius honorem factum fuerit a nobis.

Tertio illos arcibus vinculis conjungit cum Deo per amorem quo illum prosequuntur, & per gaudium, quod percipiunt in summi boni hujus possessione.

Probationes, atque rationes ad hoc Argumentum pertinentes petenda sunt ex Tomo III. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: PRESENTIA DEI.

PRO IV. DOMINICA ADVENTUS.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis predicans Baptismum Penitentiae, sicut scriptum est. Vox clamantis in deserto. Luc. 3.

I. ARGUM. de Penitentia. Quae penitentia fit peccatori.

Hae quidem vox clara, contentaque voce clamat, sed quotuvisque illam audit, quia de Penitentia loquitur tantum? Sanctus Joannes Baptista hoc sibi vindicet nomen, & vere Vox vocatis est, quo nomine a Sancto Ambrosio nuncupatur, quia quidquid habet, & quidquid est loquitur, praedicat, persuadet Penitentiam. Hanc praedicat vite ejus austeritas, vespens locustis, quae sunt herbae quaedam nullius saporis, cum modico agrelli melle permixtis; Hanc praedicat vestimentum illius ex camellorum hirtis crinibus contextum, quo utitur simul tanquam indumento, & cilicio; Hanc praedicat ejus solitudo, quae nos admonet, ut Mundum fugiamus impensis salutis nostrae negotio vacaturi; Hanc denique praedicat ejus cabilis, quod nudum solum est sub dio, vel sub antro quopiam; ejus somnus frequentis oratione interpellatus; tota denique illius vite ratio, verba, factaque non nisi Penitentiam ostendunt.

Sed heu! quam paucis hodierna die hanc vocem audiunt clamantem non amplius secus regionem Jordanis, sed in omnibus Evangelicorum Praeconum suggestibus, & quam Deus repetit in tuis cordibus nostris quin animadvertamus, eum se Christianum esse oblivisci, qui refugit Penitentiam. Hinc primum duxit initium Ecclesiae; hic illius erit finis, & ad illam praedicandam venit Sanctus Joannes in primo Adventu Filii Dei; in secundo vero Elias eandem praedicaturus adventus; & Deus, qui identidem per intervalla non desistit, quominus mitteret

Prophetas ad Populum suum, qui huic praedicarent Penitentiam, hodierna etiam die mittit Praecones suos ad Ecclesiam, qui praeparent vias suas, & ad eae recipiendum populum disponant.

Cum autem habitis peccatorum ratione Penitentia ex omnibus virtutibus una sit maxime necessaria, & ubique praedicetur, undenam sit, quod adeo pauci faciunt fructus dignos Penitentiae, quemadmodum Sanctus Joannes Judaeis praecipiebat; videlicet undenam sit, quod admodum pauci congruam faciunt Penitentiam, & parem peccatorum magnitudini? Nullus dubito, quominus hoc acceptum referendum sit severitati, quam haec virtus in peccatore requirit, & quam Tertullianus Professorandi, & nullificandi hominis disciplinam appellat; artem videlicet ad nihilum redigendi hominis, ut divinam Justitiae satisfaciat. Quamobrem mortales videntes virtutem hanc fide esse omnino necessariam, alii quidem nihil intentatum relinquunt, ut severitatem hanc melleant, & factis esse putant nimis leve satisfactionem praestare; tantum abest ut dignos faciant fructus Penitentiae; alii vero salubritatem, & horrentem virtutem adeo necessariam propter illius severitatem. Verum, ut ad illam amplectendam, licet austeram, severamque cohorter.

Primum fert animus primis ostendere, ad hoc, ut divinae satisfaciunt Justitiae, atque ut dignos faciant fructus Penitentiae, maximas quasilibet austeritates nimis adhuc leves esse habitata ratione ingentium criminum, quae perpetraverunt; & quae severa esse debeat Penitentia ad praeventandas, evitandasque penas, quae illos manent in vita futura.

Secundo illis autem qui Penitentiam perhorrent, ejusque nomen ipsum odere, ostendam quam suaves sint fructus Penitentiae, & quanta sint cum jucunditate conjuncti propter bona, quae inde sunt praecipitari. Haec duo erunt Sermonis partes.

Probationes petenda sunt ex Tomo III. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: PENITENTIA.

Parate viam Domini; vestras facite semitas ejus. Luc. 3.

Sanctus Bernardus triplicem animadvertit Nativitatem Filii Dei: primam ab Aeterno in sinu Patris. Ego hodie genui te: alteram temporalem in Bethleem, ubi natus est de Maria Virgine: De qua natus est Jesus: tertiam in corde Fidelium, ubi oritur per gratiam. Prioribus duabus, quae sine nobis factae fuerunt nihil ipsi conferre valeamus; sed postquam, atque debemus nosmet praeparare tertiae, quae fit in nobis. Parate viam Domini; vestras facite semitas ejus: Dispositiones autem a nobis adferende ut illum digne in anima nostra excipiamus, memorantur in allato Evangelio in praxi totum virtutum, quae tres Sermonis partes constituent.

Primum, Virtus quae necessario requiritur, ut in nobis oriatur Dominus, est Penitentia; Venit Joannes praedicans Baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. Neque enim oriri potest in nobis, nisi moriatur peccatum, & praeparemus illi congruam magnitudinij ejus habitaculum. Sed interior Penitentia ejicit daemonem de peccatoris anima, & exterior mortem inferit vitiiis, praevisque cupiditatibus. Utraque emundat cor, ac illud ad Deum suum recipiendum disponunt. Ideo Sanctus Joannes Penitentiam vocat Baptismum, quia delet omnia peccata actualia, quemadmodum Baptismus delet peccatum originale non sine hoc discrimine, quod Baptismus non nisi semel recipitur, Penitentia vero toties, quoties opus est, instauratur. Quare si vultis, Filium Dei oriri in cordibus vestris, opus est, Sanctus Augustinus ait, omnes animae vestrae latebras excutere, & scrutari, utrum secretum aliquod ibi lateat scelus, quod oculos divinae hujus Majestatis ostendat, &c. Volnet colligere, & videre, utrum retinere valeatis Filium Dei; utrum pravus aliquis habitus dominetur in vobis; utrum adhuc homo verus vivat in vobis; Quando regnet in vobis ira, superbia, impudicitia? Sapientia nequit habitare in corpore subdito peccatis.

Virtus altera, quae necessaria est, ut Dei Filius oriatur in nobis est humilitas, cuius meminit Evangelium. Parate viam Domini; vestras facite semitas ejus; omnis vultus implebitur, & omniis motus, & collis humilabitur. En effectus adventus, & natiuitatis Filii Dei in anima; superbus deprimeret, & humiles exaltaret. Dico autem Virtutem hanc necessariam esse ad hoc, ut Salvatorem recipiamus: Deus enim superbus resistit, humilibus vero dat gratiam; neque superbo dabit unquam Filium suum, sicuti omnium gratiarum. Plurima quidem, eaque praerata erant Sanctae Virginis Mariae merita; verum nisi fuisset humilis nunquam Dei Filium utero concepit: Virginitate placuit, humilitate concepit, Sanctus Bernardus ait. Itaque videmus illum oriri voluisse non quidem in regia civitate Jerusalem, sed in oppido Bethleem; non in Aedibus magnificis, sed in Stabulo: neque sese prodidit Herodi superbo, sed Pastoribus &c.

II. ARGUM. In idem Evangelium. Quomodo praeparanda sit in anima nostra via nascituro Salvatori.

Luc. 3.

S. Aug. Dom. 1. de Aeternitate.

Luc. 3.

Dom.

Denique tercis ad recipiendum Mundi Salvatorem via suavitatis est, quae oritur ex cupiditatum nostrarum virtute. Cum adventu ille, Sanctus Joannes inquit in hujus diei Evangelio, Erant prope indirectionem, & alperin vix planis. Effectus adventus ejus est pax, & haec eadem pax necessaria est ad illum recipiendum dispositio, Hic enim Deus pacis, qui hanc petiit in Mandum, permanere non potest in anima his agitata cupiditatibus, quae in ea turbas cent, & in nobis bellum intestinum accendant. Non in commotione Dominus, inquit Scriptura. Ad hanc dispositionem adeo necessariam nobis indigitandam tunc ille nasci voluit, cum universus Orbis pacatus erat, & cum Angeli eo pacente Cantum pacis canebant. In pace constituit habitaculum suum, dicit Rex Propheta, & laetis illum Principem pacis appellat. Igitur si illum recipere cupitis, cumque in vobis nasci peroptatis, pacandi sunt affectus vestri, coecondenda ira, cohibendi imperus, statuenda pax in corde, animaque, ut illi pareatis viam, & volmet ad novam hanc Natiuitatis disponatis.

Ad verum opiam invenientem consule Tomum II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: HUMILITAS, III. Titulo: PAX ET PENITENTIA, ET TO. IV. Titulo: SERVITUS DEI.

PRO DIE NATIVITATIS DOMINI.

Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri. Epist. ad Titum cap. 3.

I. ARGUM. Saluator in terris nascens factus praeceptum amandi Deum.

NUNQUAM visum est, Fideles, quidpiam quod valeat cum his comparari, quae nobis in Bethleemico stabulo occurrit; infirmitas pueri cum Dei Omnipotentia conjuncta, & humilitas cum suprema magnitudine confociata; Immenitas ad punctum, & ad unum vite diem, redacta Aeternitas. Verbo Deus homo factus, ut expiet peccata, quae contra Deum homo perpetravit. Haud equidem miror hanc prodigiorum vim sublimioribus etiam mentibus stuporem injicere, easque audire summi cum reverentia, atque admirationis sensibus exclamantes, & in magno hoc opere omnipotentem Creatoris manum celebrantes. Ego vero, Adrotores, tot inter mirabilia, quae mentes nostras replent, atque confundunt, satis esse reor id unum vobis considerandum proponere, quod praeter ceteris fulget, amorem, videlicet, quo Saluator hic Oriens, nos profectus est. Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri.

Diceret aliquis illum oblectatum fuisse ceteras perfectiones reterege, ut unice amor suus erga nos affligeret, & hac ratione suavi, amabilique vi cor nostrum se illi totum impenderet. Sic nasci voluit, quia sic amari voluit. Vel potius dicamus, quemadmodum redegit ille omnia praerata sua ad unum illud Caritas, praecipiens, ut propter amorem sui proximum diligeremus, reliquam praerati hujus partem nobis faciliorem praevisse; hoc est, ut illum ipsum ex toto corde diligeremus se cum in statum adduxisse, ubi cor nostrum quantumvis omni desitutum sensu, amore ejus necessario afficeretur.

Duo ingentes obices nostro erga Deum amor adversabantur; quorum alter a Deo ipso praeferebatur, eratque magnitudo essentiae ipsius super nostram infinitis spatiis elevata; terribilis videlicet ejus Majestas, quae ad reverentiam, quam ad amorem conciliandum aptior videbatur; alter vero ab humano corde, in quo altius dominabatur amor, Mundi videlicet, terrenarumque rerum. Sed hoc in Misero Deus obices aufert, qui antea videbantur insuperabiles. Hinc quidem se captivi nostro subiecit faciens se hominem, similem nobis, & praebens se puerum summo pere amabilem (hoc enim praefere dignatus est, ut ad nos usque submitteret); Inde vero exemplo suo delevit, quidquid illecebrarum erat in Mundo; quod Apostolus quidam complexus est triplici concupiscentia, quae moralem hunc mundum componit, ejusque elementa constituit. Omne, quod in mundo est concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitis. In quo triumphus amoris Dei nascens consistit, & Sermonis partitionem constituit.

Propositiones hujus Delinquentia invenitur in Tomo I. Bibliothecae Mss. Theol., cum pluribus aliis Argumentis.

Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Luc. 2.

II. ARGUM. In eandem solemnitate, & diem.

Angeli, qui nuntiaverunt Pastoribus Nativitatem Salvatoris pacis verbis explicuerunt universam hujus Mysterii Oeconomiam, simulque exquisitam delinearunt Sermonis ideam; quapropter postquam non altam divisionem inquirent. I. Incarnati Verbi Natiuitas in majorem

cedit Dei gloriam, quam quidquid creavit in Mundo; 2. pacem addert hominibus, quae inestimabile bonum est.

Prima. Video, gloriae, quam Deo procurat temporalis Incarnati Verbi Natiuitas triplicem inesse characterem; Est enim gloria vera; quippe venit ut sibi veros compararet adoratores; ut Synagogam everteret, eique subroget populum novum, cujus futurus est Caput, & Pastor. Cultus qui hactenus adhibitus fuerat Deo, mere exterior erat, & Judaei carnales ignorabant, quid esset sacrificium contriti, atque humiliati cordis; & cultus, quem Ethnici praestabant. Idolis suis erat abominabilis; sed cultus ille, ad quem instituendum Jesus Christus descendit, solus Deo dignus est, & per hunc incipit veram gloriam recipere.

Præterea in hoc Mysisterio Deus universalem recipit gloriam; cum enim gloria consistat in cognitione meritorum alicujus, & in laudibus, quae illi deferuntur, cum Deus antea in Mundi angulo dumtaxat colebatur, venit Saluator, ut in universa terra cognosceretur. Apparuit gloria Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus errantibus. Unde factum est, ut qui illum recipere noluerunt, vel non obediant legi, quam ille constituit, non esse Natiuitatis ejus particeps.

Tertius character gloriae, quam recipit Deus a temporali Filii sui Natiuitate est, gloriam hanc esse infinitam. Quod facile concipi potest, cum enim omnes actiones Filii Dei professantur ab infinito principio, videlicet a Verbi persona, Natiuitas ejus, omnesque actiones illius referri non poterant nisi ad majorem Altissimi gloriam; ideoque in infinitam ejusdem gloriam cesserunt; ideoque in infinitam ejusdem gloriam cesserunt.

Præterea in hoc Mysisterio Deus universalem recipit gloriam; cum enim gloria consistat in cognitione meritorum alicujus, & in laudibus, quae illi deferuntur, cum Deus antea in Mundi angulo dumtaxat colebatur, venit Saluator, ut in universa terra cognosceretur. Apparuit gloria Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus errantibus. Unde factum est, ut qui illum recipere noluerunt, vel non obediant legi, quam ille constituit, non esse Natiuitatis ejus particeps.

Congruus etiam huic Mysisterio, ac profusus Moraliter sermo in lucem profere celebrat illud Sancti Augustini essatum dicentis, Incumbat Filii Dei nascituri esse veluti Cathedram docentis, vel Praeconis discreti, pathetici, & potentis, qui doctrinam tradit veritatis quidem accommodatam, sed

1. Doctrinam sublimem, & profundam, quandoquidem caelitus allatam, & antiquis ignorat Philosophis, ac praecipuis naturae ingentis absconditam.
2. Doctrinam ad intelligendum facilem, oculis enim tantum opus est, ut videatur, in praxi redactam ab illo a quo nobis tradita fuit, & maxime utilem; tradit enim viam, quam sequi oportet, ut aeternam assequamur felicitatem.
3. Doctrinam, quae simul est pathetica & ad animos permovendos validissima.

Ex Bibliothecae Mss. Theol. Tomo I. Titulo: NATIVITAS DOMINI, ubi alia plura inveniuntur argumenta.

PRO DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

Hic possessus est in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Luc. 2.

PLURIMORUM, eorumque magni nominis Theologorum sententia est, futurum fuisse, ut Dei Filius homo fieret, ac nasceretur, licet homines Redemptore non indigissent. Intererat, inquit, Sapientiae, & Providentiae Dei, ducem illis dare, a quo in viam Salutis deducerentur; Magistrum a quo de veritatibus credendis erudirentur; Prototypum secundum quem conformarentur. Utrum haec sententia sit vera necne, non ita facile statueret. Oporteret Divina penetrale Confilia, eaque nobis revelata fuisse, quemadmodum Deus alia nobis Fidei objecta revelavit. Illud vero in dubium vocari non potest Jesum Christum, Verbum Incarnatum, certum esse ducem, quem homines sequi debent; veritatem, quam debent credere, ut salutis instruita percipiant; & exemplum, quod imitari debent, ac in se ipsis exprimere, alioquin non cognoscunt a Patre, qui illos filios suos esse negabit, nisi in illis invenierit tres haec characteres, per quos veri Christiani feceruntur. Quapropter ipse etiam Jesus Christus affirmat, se hominem factum factum fuisse simul viam quam nos sequi oportet;

III. ARGUM. De Contradictione vix Christi aeternam & vix I. C.

III. ARGUM. De Contradictione vix Christi aeternam & vix I. C.

illam, & imitari dolorem, quem testai sunt, quamvis omni vacarent culpa: verum cum semper non sine culpa jacturam ejus faciamus, vel potius illum cogamus a nobis recedere per nequitiam, nocentque negligentiam, in hoc Sermone ad examen vocemus

1. Magnitudinem jacturæ quam facimus amittentes gratiam, simulque Jesum Christum; hunc enim non nisi per illam possidemus; neque satis possumus judicare quanti momenti sit hæc jactura propter calamitatem, ad quam nos redegit peccatum mortale, quod illum genuit.

2. Quomodo perquirendus sit Jesus Christus recedens a nobis secundum exemplum Mariæ, & Joseph qui offenderunt dolore suo, ac cura quid faciendum sit nobis ad gratiam reparandam.

Hoc argumentum non nisi per segmenta invenies Tomo III. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: PECCATUM MORTALE, & in Tomo II. ejusdem Titulo: GRATIA SANCTIFICANS.

Defendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Luc. 2.

III. ARGUM. De Officio Filiorum erga Parentes.

Officia, quæ filii reddere tenentur iis, a quibus vitam receperunt, adeo justa, & certa sunt, ut nullis indigent argumentis, quibus probentur. Vox una naturæ sufficit, ut ad illa observanda nos aget, non secus ac ad eadem infringenda satis est jugulasse sensus omnes humanitatis. Itaque, ex sententia veteris cujusdam auctoris, in questionem vocare, utrum Parentes observandi, collendique sint, aures ipsæ perhorrescunt; hoc enim est idem ac in dubium accedere prima ipsa naturæ, ac disciplina moralis principia. Tanta mirum! Nunc temporis cum luminibus naturæ, atque rationis accesserit Fidei lux, & naturalis lex innotuit etiam explicito Dei præcepto: tenet hoc monitum præteritæ, & coactus sæculi corruptela cogor persuadere illis, qui auiiores sunt, atque ætate provociores, cogor inquam illis persuadere officium, quod non sine summo Christianissimi scandalo infringunt. Quandoquidem videntur tot Patres contempti, injuriis affecti, a filiis suis derelicti; eo usque pervasit licentia, & ingrati animi vitium, ut in his monstris acerrimos naturæ sensus separaverint.

Quamobrem non abnaso ante ipsorum oculos ponere exemplum Filii Dei in hujus diei Evangelio, cuique in mentem revocare illas rationes, quæ aptissima sunt ad illos sciendos, ut Parentibus suis debita præsent officia.

Ad id animadverto Parentum nomini inesse tres potissimum Prærogativas, quæ ab eo divelli non possunt. Primum nomen hoc honoris est, quo nullum augustinus & venerabilius est in natura, quandoquidem est ipsius Divinitatis character, Deus, ex quo omnis paternitas. Secundo titulus est potestatis, atque auctoritatis; nemo enim majorem, magisque legitimum habet auctoritatem in aliquem, quam qui illius auctor est, eique vitam contulit. Tertio nomen est amoris, & benevolentiae; naturaliter enim quilibet amat opus suum, eo usque, ut afferat in exemplum, & prototypum magnæ caritatis amor Parentum eorum nos, quos genuerunt. Tres autem illi tituli totidem sunt causæ officiorum in filiis erga Parentes eorum.

Primum debent illis cultum, ac reverentiam, quæ etiam pietas appellatur: Nam Deo excepto nihil est in natura, cui potiori jure debeatur.

Secundo illis obedientiam debent, quippe qui naturaliter sunt eorum potestati, atque auctoritati subiecti.

Tertio denique debent illis amorem filialem, qui ex grati animi titulo exigat, ut ipsam indignitatem operentur. Itaque reverentia, obedientia, & amor officia sunt, quæ filii negare non possunt iis, a quibus vitam receperunt. Hæc erit Sermonis partitio.

Consule To. II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: FILII.

Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Luc. 2.

IV. ARGUM. De Fervore in cultu Dei.

Fervor zeli Dei Filium coegit, ut a consanguineorum suorum societate secederet, ad Patris sui gloriam, & Animarum salutem procurandam. Zelus hic, & Caritas, qua urgebatur, fecerunt, ut per sanctam impetientiam præverteret tempus consuetum a Patre, ut homines erudiret de veritatibus salutis eorum: ita enim respondit suavissimis redargutionibus Matris suæ, Fili quid fecistis vobis sic? Nesciebatis, quia in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Quid? Numquid ignorabatis me illic esse debere, quo meum me vocat officium; & gloriam Patris mei mihi esse debere antiquiorum ipsa etiam societatis vestrae suavitare? Quis non videt; Fideles, zelum, & fervorem Caritatis suæ ab illo hæc verba extorque? cumque ille in terram descendit, ut prorsus ecastem traderet doctrinam, & hoc pacto mortalium omnium salutem procuraret, duodecimum annum natum in Templo, atque inter Docto-

Luc. 2.

res, incipere jacere fundamenta magis illius operis, quod aliquando per se ipsum, & per Apostolos suos est perfecturus?

Nequaquam illud mihi ardeat, ut penetrare velim mentem, qua Salvator primum hunc exeruit conatum, ut ex primo hoc zeli sui specimen liqueret, quis tandem aliquando fatuus sit: Sed iidem verbis utor, ut zelum excitem vestrum, novumque vobis injiciam fervorem aliquod aditendi ad majorem Dei gloriam unicumque in statu vestro, & munere; in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse. Opus est, ut cum zelo, & fervore iis, quæ mei numeris sunt, operam navem. Per vos igitur mihi licet hodierna die zelum meum cum zelo Salvatoris Mundi conciliare, & adituri in cordibus vestris excitare fervorem hunc vobis ostendens.

Primum sine hoc fervore, hoc est, sine hæc alacri, ardentique erga Dei cultum voluntate, neminem posse, uti opus est, veri Christi fidelis munere fungi.

Secundo, permanendo in statu hoc languoris, atque teporis erga Deum, & in iis, quæ ad salutem nostram pertinent, nos in periculo versari in gravissima crimina perorandi.

Argumentum hoc pertractatum invenies in Tomo II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: FERVOR.

Assumi etiam ex hoc Evangelio pro themate possunt verba illa, Jesus Crescebat, &c., ad ostendendum, crescendo esse in Sanctitate: sed de hoc Argumento jam verba fecimus in Dominica infra Octavam Nativitatis.



PRO EVANGELIO DOMINICÆ SECUNDÆ POST EPIPHANIAM.

Vocatus est Jesus ad Nuptias. Joannis 2.

NOTATO dignum est, Salvatorem cum primam ingressus est in mundi commercium, nuptiali interfuisse convivio, & primum Miraculum, quod palam operatus est, factum ab eo fuisse, ut opitalaretur egelati novorum conjugum; atque presentia sua probasse Matrimonium, quod deinceps erit sanctificaturus, & ad Sacramenti Dignitatem sublaturus. Primum conjugium instituit Deus in Paradiso terrestris, in mundi exordio, cumque hoc medium elegerit ad homines multiplicandos, potius quam omnes simul crearet, quod in Angelis fecerat; voluit etiam propriis manibus inter vicum, & mulierem hoc sœdus constituere, ut ceteris esset exemplo. Sœdus, quod proculdubio felicissimum fuisset, si pars utraque ita se Deo fideles præstitissent, ut sibi invicem muta caritate adhaerebant. Deinde Salvator instauravit honorem hujus sœdus, cui peccatum offenderat caliginem, & sanctificavit humane vite fontem in Christiano conjugio, ut jaceret fundamenta æternæ conjugum felicitatis. Itaque Matrimonium habet pro sine frequentare Cælum, homines in terra gignendo, & pro exemplo habet unionem admirabilem Sanctæ Humanitatis suæ cum persona Verbi, & sœdus, quod deinceps Salvator cum Ecclesia contraxit. Sed ad promittendas Cæli benedictiones in eos, qui statum hunc amplectuntur, & ad sustinendas curas, & onera, quæ separari non possunt ab illis, qui illum fuerint ingressi, opus est, ut nuptiis Dei Filii vocatus interfuit. Quapropter quidquid hic in argumento vobis dicturus sum duplici propositione complectar; quæ totius sermonis partitionem constituent.

Prima quarum est, nullam esse statum, in quo Deus sit magis consulendus, antequam aliquis se huic implicet; cum hoc negotium sit maximi momenti, quippe in hoc agitur salus, & vite nostre quies. Vocatus est Jesus ad nuptias.

Alteræ; Nullam esse statum, in quo major Deo fidelitas requiratur propter muta officia, impedimenta, curas, & difficultates, quæ conjuges a Dei cultu avertere consueverunt. Duobus verbis. Opus est, a Deo ad hunc statum vocatos esse specialiter vocatione; opus est vocare Deum, ejusque opem implorare, ut rite persurgamur officii huic statui inhærentibus.

Rerum copia occurrit consulenti in Tomo II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulum: MATRIMONIUM.

Vocatus est Jesus ad Nuptias. Joannis 2.

Quod Evangelium peculiariter inquit de Statu Matrimonii, pro quo Deus consulendus est, & voluntati ejus obsequendum, generatim dicere possumus de omnibus vitæ generibus, de statibus, & conditionibus omnibus, quas eligere nobis integram est, antequam illas ingrediamur. Et sane ex rariis rationibus, quibus homines divinis de se consiliis adferantur ea, quæ perniciosiores habet effectus, est hæc sere generalis oppositio, quæ homines reser-

II. ARGUM.

In quibus vitæ hanc amplectens de vocatum Deum sequi oportet.

PRO TERTIA POST EPIPHANIAM DOMINICA.

Eccle leprosus veniens adorabat dicens: Domine si vis, peses me mundare &c. Matth. 8.

sunt vocationi, quæ Deus illos appellat ad vitæ statum Salutis ipsorum peritalem. Cum ille sincere velit ea, quæ nobis vera sunt bona, æternam videlicet felicitatem; non solum omnia nobis ad illam procurat media; sed inter hæc media paterna illius providentia singulis hominibus destinata, quæ rarius illos adducere possunt ambulantes secundum eum vitæ statum, qui unicuique melius convenit, & in quo divina opitulante gratia unicuique facilius in Cælum perveniret. Si dociles hinc gratie Dei viam hanc obedienter, alacrique animo ingredimur, invenimus semitam facilem, quæ nos ad illum adducit. Mundus, pelagus hoc ubi quotidie plurima sunt naufragia, nullos haberet scopulos, nisi eos, qui necessarij sunt, ut eos evitantes, mereantur Cælum, & post felicem tranquillamque vitam æterna perfruamur beatitudine, quæ bonus hic Dominus fidem nostram est remuneraturus.

Sed quid accidit, Christiani? hæc Seculi Prudentia, quam Dei inimicum Sanctus Paulus appellat: hic amor proprius, qui nostros palpas afficit, officit nos interitissimos salutis nostræ inimicos, facit, ut reiciamus hæc omnia, quæ Deus nobis offert nostræ Salutis adminicula, & adverterat consiliis omnibus, quæ Deus habet de nobis; & quin sequamur Dei vocationem in electione statum, volumus fati nostri penes nos esse arbitrium: nostras indulgentias libidini, vanitati, ambitioni, vel paternæ; nostras cupiditates consilium, & eligimus vitæ genus prosum oppositum illi, ad quem a Domino evocamur. Quin cogitemus Deum suas gratias adnegere ejus vitæ statui, cui nos destinat, ideoque nostræ fidelitatis opus esse, vocantem sequi, & hinc pendere nostram pro præsentia, atque vitæ felicitatem. Ut hoc persuadæam duas conlato propositiones, quæ erit tota Sermonis partitio.

Prima est nihil esse facilius, & frequentius, quam hac in electione errare.

Alteræ est nullibi periculosius errari, quia periculo æterna Salus obicitur.

Consule in To. IV. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulum: VOCATIO.

Hoc fecit initium Signorum Jesus, & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus. Joannis 2.

III. ARGUM. De Fidei necessitate.

Joan. 2.

Hebr. 11.

Hidem.

In hoc eodem nuptiali convivio, quemadmodum animadvertit Evangelista, Dei Filii occasionem arripuit manifestandi gloriam suam per hoc insignem miraculum aquæ in vinum mutata, ut Discipulos suos de Divinitate, & Missione sua persuaderet. Eventus respondit consilio illos statuendi, confirmandique in hac fide, & probandi suam potestatem, atque personæ dignitatem; ideoque primi fuerunt, quibus Fidei lumen illucesceret. Hoc fecit initium Signorum Jesus, & crediderunt in eum discipuli ejus. Quibus addere possumus, non sine summo Sapientie suæ consilio incipisse Jesum tradere se cognoscendum; etenim quemadmodum sciebat, homines per fidem accedere ad Deum, ut mox illi placeant, ejusque cultui adhaereant, ponere voluit hoc fundamentum Doctrinæ suæ, novæque legis. Quod locum mihi tribuit in hoc sermone loquendi primum de fidei necessitate, & deinde de utilitate.

Pars prima. Fides est necessaria primum, ut Deum cognoscamus, & diligamus. Accedentem ad Deum, inquit Apostolus, oportet credere, quia est, & inquirentibus se, remunerator sit. Non enim nisi per fidem cognoscitur, & iusta Magnitudinis ejus idea concipitur. Secundo necessaria est, ut Deo placeamus, quemadmodum idem Apostolus docet: Sine fide impossibile est placere Deo. Per fidem pertinemus ad illum, nos cognoscit pro fidei populo suo, & in filios ejus evadimus. Tertio necessaria est, ut sicut Christianos decet vivamus, eo usque ut sine Fide actio nulla Cælum mereatur, & hæc virtutum omnium vere principium sit, & fundamentum.

Pars altera, quæ respicit utilitatem, quam ex Fide percipimus. Primum attollit actiones nostras ad ordinem supernaturalem ita, ut pro remuneratione æternam mereantur felicitatem. Secundo eos sanctificat, quibus persuasum est de veritatibus, quas docet, & quomodo. Tertio facit, ut resistamus omnibus tentationibus inimici, & invictos reddat potestatis omnibus inferorum.

Pro hoc argumento consule To. II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulo: FIDES.

JAMPRIDEM moralis Philosophia animadvertit, quamvis anima, & corpus dua sint partes adeo dissimiles in substantiis suis, talem nihilominus esse inter utramque nexum, ut de una judicium feratur ex altera, perinde ac si per mutam impressionem invicem sibi bonas, vel pravas qualitates communicarent. Hinc sæpe de animæ morbis loquimur, quæ vitia sunt, eodem fere modo quo de morbis corporis: Amor inordinatus febris dicitur ardens; avaritia vocatur Hydrophilia, quæ corpus inflat, & vitiat; inertia lethargia dicitur, quæ soporem inducit, ac sensus hebetat, & sic de aliis vitiosis habitibus. Verum commune vocabulum, quod vitis omnibus convenit, videlicet omnibus animæ infirmitatibus, esse dicitur lepra, quæ olim malum erat insanabile, ac turpe, ita ut horrorem ciet in iis, qui illud intuebantur.

Verum est, Christiani Auditores, nostris hinc temporibus Corporis lepram vix inveniri, & morbum hunc, qui olim late grassabatur paucis adhuc sæculis obolevisse. Sed audeo dicere animæ lepram in illis locum subsistere, namque ex Sancti Christophori Sententia, est omne genus peccatorum, quæ parantur ex habitu, vel potius est omnis habitus vitiosus, inveteratus, qui fit malum immedicabile: ita ut ad illud curandum oporteat, ut Salvator, summus ille animarum Medicus, sua utatur potestate, ac Evangelii hodierni instaurat miraculum: Vobis, mundare. Ut autem intelligatis deplorabilem statum, ad quem habitus in aliquo peccato redigit tandem peccatorem, satis est, ut solidis rationibus probem.

Primo habitum, qui contrahitur in gravi aliquo crimine, & qui radices agit, ac per plures iteratos actus convalescit maximum esse nostræ conversionis obicem; quippe qui catena est ex pluribus annulis constata, quæ non nisi cum summo nisu potest infringi, ideoque maxima cum difficultate. Per hanc nos retinet Sathanus in servitute peccati; & ut omnia unico verbo complectar, liquet, quanti laboris sit iis rebus, quibus diuturno habitu adhæsus, nunquam mittere; ideoque pravus hic habitus certissimum signum est, & moraliter infallibile reprobationis: cum enim adducamur in speciem impotentiae recedendi a præterita vitæ ratione, trahimur in finalem impotentiam, quæ omnem auferit spem refrigerandi.

Secundo habitum peccati adversari divinæ Misericordie, & gratiarum fontem exhaurire; unde fit ut peccatores ne sentiant quidem calamitatem suam, & sincere nequeant converti.

Tertio; hunc tandem habitum efficere, ut peccatores rejiciant validissima quæque remedia, quæ sunt timor judiciorum Dei, monita saluberrima, & quidquid majorem vim habet in aliis peccatoribus, quod tandem cogit Deum, ut illos ipsorum tradat consilio.

Vide To. II. Bibliothecæ Mor. Evang. Titulum: HABITUS.

Audiens Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: non inveni tantam fidem in Israel. Matth. 8.

Si fides Centurionis, de qua in hoc eodem Evangelio sermo est, merita sunt eogia, & laudem Filii Dei, non ideo tamen existimandum est, illam ex hoc uno loco suffe commendabilem. Fides ejus imitabatur bonis operibus, singulari in Deum quidem pietate, in proximum vero caritate, ac profunda fulciebatur humilitate, uti liquet ex Evangelio: propterea ab omnibus habebatur vir insigni virtute, ac probitate præditus. Illud vero inde nos quoque admirari debemus, atque pudore suffundi, videntes hominem natum in tenebris Gentium, alium, & educatum in arumorum licentia, ideoque mundo additum, qui familiam habebat, & servos, quorum curam gerere tenebatur, cui non deerant negotia procuranda, domusque regenda; cui aliis ratio erat reddenda, quibus subditus erat; & aliis, quibus præerat, imperandum; videntes, inquam, Centurionem, qui videbatur sequi debuisse mundi consuetudines, & placita, pietatem colere, & caritatem exercere eo usque, ut curam gereret novilumi etiam famulorum suorum, nemini injuriam faceret, vitamque frugi viveret omnibus dignitatis suæ persundus officis.

Hoc, Fideles, pudore debet suffundere eos, qui hodierna die contendunt, se non posse Christianam vitam ducere cum iis curis, quæ separari nequeant ab eo vivendi genere quod proficiuntur, vel qui putant se minime teneri ad salutem suam procurandam. O miram illusionem, Fideles, quæ non minus periculosa est, quam frequens in mundo. Illusionem, quam hodierna die conator evertere ostendens

II. ARGUM. Possit nos salvari, & servare Deo in omni fide, & vice conditione.

Pri-